Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



priteris Quoniam tu populum humilem saluum facies:
et oculos superborum humiliabis Quoniam tu illuminas
lucernam meam domine: ds meus illumina tenebras
meas Quoniam in te eripiar a tentatione: et in deo meo
transgrediar murum Deus meus inpolluta via
eius: eloquia dni igne examinata: protector e om
nium sperantium in se Quoniam quis ds preter dnm: a
quis ds preter deum nrm Ds qui precinxit me
virtute: et posuit immaculatam viam meam
perfecit pedes meos tanquam cervorum: et super excelsa
statuens me Qui docet manus meas ad prelium: et
posuisti ut arcum eneum brachia mea et dedis
ti mihi protectionem salutis tue: et dextera tua sus
tepit me et disciplina tua correxit me in finem et
disciplina tua ipsa me docebit Dilatasti gressus
meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea
Persequar inimicos meos et apprehendam illos: et non
conuertar donec deficiant Confringam illos nec po
terunt stare: cadent subtus pedes meos et pcin
xisti me virtute ad bellum: et plantasti insurgen
tes in me subtus me et inimicos meos dedisti mi
hi dorsum: et odientes me disperdisti Clamauerunt nec
erat qui saluos faceret: ad dnm nec exaudiuit eos et
comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti: ut lu
tum platearum delebo eos Eripies me de contradictionibus
populi: constituis me in caput gentium Populus quem non
cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi
Filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inuete
rati sunt et claudicauerunt a semitis suis Viuit
dns et benedictus ds meus: et exaltetur ds salutis mee